



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Gertrudis V. S. Ioseph ab Arimath. S. Patritus Epis. 17. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1. S. Gertrudis V. ex sanguine Ma-
lorum Domus Austrasiæ, à Principe
Lotharingiæ petita in Matrimonium
iure iurando asseruit, se soli Christo
desponsatam fidem perpetuo serua-
turam. Quod etiam S. Amando Epif.
adiutore fecit. Animam vero SS. An-
geli cum S. Patritio in cælum detule-
rant. A. 644.

2. S. Ioseph ab Arimathæa nobilis
Decurio, occultus primum Christi
discipulus, & post passionem eius for-
tis Confessor, Corpus Magistri ac
Domini à Pilato petatum honorifi-
centissime cum aliis condidit.

3. S. Patritus S. Martini ex sorore
nepos, captus in seruitute primum
vixit, ex ea vero redemptus Episco-
pus à Cælestino Papa ordinatus Hi-
bernorum Apostolus creatus multis
prodigijs est celebratus, excitato ter-
ræ hiatu, qui S. Patritij purgatorium
muncupatur.

S. Gertrudis V. S. Ioseph ab Arimatæ
S. Patritus Epif. 7. Mart.



Cultus B. M. V.

Quotquot Mariam diligitis. & Ma-
riam induite. Bonavent

Concede misericors Deus fragili-
tati nostræ praesidium, ut qui S. Ger-
trudis V. tuæ (S. Iosephi conf. S. Patri-
tij Epi) memoriam agimus interces-
sionis eius auxilio. & nostris iniquita-
tibus resurgamus Per D. N. Iesum Chr.
&c.

Ora pro Sodalitijs B. M. V. &c